UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

6. An etiam Religiosi teneantur hoc sacramentum ministrare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Visual Library

QVÆSTIO VI.

An etiam Religioſi teneantur hoc ſacramentum miniſtrare?

Quæſtionis explicatio.

SVperioribus capitibus diximus, Religioſos in caſibus neceſſitatis teneri miniſtrare ſacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ: modò quærimus, an iiſdem caſibus teneantur quoque miniſtrare ſacramentum extremæ vnctionis?

Reſponſio.

TEnentur iiſdem caſibus, ſi non ex iuſtita, certe ex charitate.

Dices. In *(a)* Clementinis prohibetur Religioſis miniſtrare hoc ſacramentum etiam ſub pæna Excommunicationis, nonſolum ergo non tenentur, ſed nec poterũt licite id facere.

℞. Quidam concedunt Conſequentiam, vt *(b)* Syluester & *(c)* Caietanus: Alii probabilius *(d)* negant, quia Pontifex ibi non intendit aliquid prohibere de nouo Religioſis, ſed ſolum cenſuram adiungere priori obligationi, & ideo non vetat eis date extremam vnctionem iis caſibus, quib.

a *c. Religioſi, de priuil. in Clementinis*

b *Syluester verb. Excõmunicatio, 7. n. 14.*

c *ver. Excõmunicat. 74.*

d *Zuar. tom. 4 in 3. D. Th diſp. 44. ſect. 2 §. Quæri hic poteſt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iure communi, vel quaſi naturali tenentur, nec vult etiam ſacramentorum adminiſtrationem concedere parochis in detrimentum infirmorum, ſed ſolum ius eorum, & debitam ſubordinationem defendere, vt ex profeſſo doceri ſolet in Tractatu de cenſuris eccleſiaſticis.

QVÆSTIO VII.

An teneantur & ipſi Epiſcopi?

Quæſtionis explicatio.

EPiſcopos, Sacerdotes, deficientibus aliis teneri Pœnitentiam & Euchariſtiam miniſtrare, iudubium eſt. Quæritur an ſimiliter teneantur & iſtud?

Reſponſio.

TEnentur, quia & ipſi ſunt paſtores animarum, tenenturque proinde nonſolum ex charitate ſedetiam ex iuſtitia earum curam habere per ſeipſos, ſi per alios ſacerdotes inferiores, qui ſunt eorum coadiutores, non poſſunt, quod plurimos ſanctiſſimos Epiſcopos in ſimili caſu feciſſe legimus.

Borrom. de cur. peſt. c. 13. num. 3.

Dices. D. Iacobus vult induci & vocari Preſbyreros non Epiſcopos: nonſolum ergo non tenebuntur Epiſcopi, imo nec poterunt